

sione predicta per dominium Tergesti, et si procederetur, processus talis sit vanus et nullius valoris, salvo de homicidio.

- ¶ Et si talis exiens unus vel plures de dicta accie se vellet defendere ab eisdem capitaneis, tunc talis volens se defendere
 5 cadat ad penam centum libr. par., et si non habuerit unde solvere, amputetur ei una manus. ¶ Quorum capitaneorum institutio fieri debeat per iudices civitatis Tergesti vel maiorem partem eorum.

- Cap. LXXII. De uno officiali qui precipere debeat custodibus civitatis Tergesti tam
 10 de die quam de nocte. Et de eius officio.

- S tatuimus quod sit et esse debeat continue unus offitialis, per comune civitatis Tergesti deputatus, qui sciat litteras, qui offitialis precipere debeat omnibus personis, personaliter vel
 15 ad domum sue habitationis in civitate Tergesti, ire debentibus tam ad custodiam diei quam noctis; qui offitialis iurabit dictum offitium et quecunque sibi per dominium Tergesti ordinata bona fide legaliter et solícite exercere. // ¶ Et si per errorem 111 A vel alio modo aliquem dimitteret unum vel plures, cui vel quibus non precepisset vel non scripsisset pro precipiendo vel
 20 eundo ad eius custodiam, quod ille offitialis cadat ad penam viginti sold. par. pro quolibet omisso et qualibet vice. ¶ Et stare debeat in dicto offitio prout videbitur dominio Tergesti, et non recipere aliquod premium ab aliqua persona cui¹⁾ preceperit pro aliqua custodia fatienda, et habere debeat pro suo
 25 salario de camera comunis in quolibet regimine iudicum vel rectorum quatuor mensium sold. decem gross. in una parte, et libr. tres par. et duos frx. in alia parte. ¶ Item habere debeat duo paria indumentorum per totum tempus unius anni, et qui
 30 libet potestas vel rectores solvere teneantur eidem offitiali dictum salarium in quibuslibet quatuor mensibus, sub pena solvendi de suo proprio.

¹⁾ Aggiunta marginale.